Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35462
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

P er famam et populum nigros efferre maritos.
A ude aliquid brevibus giaris et carcere dignum.
S i vis esse aliquid. probitas laudatur et alget.
C riminibus debent ortos, pretoria, mensas,
A rgentum vetus et stantem extra pocula caprum.
Q [gloss: ille ocasione in inferno] uem patitur dormire nurus corruptor avare:
Q uem sponse [gloss: impudice] turpes: et pretextatus adulter.
S i natura negat, facit indignatio versus
Q ualescumque potest: quales ego: vel cluvienus. [gloss: malus poeta]
E x quo deucalion nimbis tollentibus equor
N avigio montem ascendit, sortesque poposcit.
P aulatimque anima caluerunt mollia saxa:
E t maribus nudas ostendit pyrra puellas:
Q uicquid agunt homines votum timor ira voluptas
G audia discursus nostri est farrago [gloss: materia] libelli.
E t quando uberior vitiorum copia? quando
M aior avaritie patuit sinus? alea quando
H os animos? neque enim loculis comitantibus itur
A d casum tabule. posita sed luditur arca.
P relia quanta illic dispensatore videbis
A rmigero. simplexne [gloss: x pen] furor sestertia centum
P erdere? et horrenti tunicam non reddere servo?
Q uis totidem erexit villas? [gloss: domos cum agro] quis fercula septem
S ecreto [gloss: in] cenavit avus? nunc sportula primo
L imine parva sedet, turbe rapienda togate.

Ovidius lib° me. Saxa quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas ponere duritiem cepere [illegible]

Valerius li° y cap° p ait maximis viris non fuisse verecundie prandere et coenare in propatulo nam nullas habebant epulas quas erubescerent oculis populi subiicere.